Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput XV.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

urbem reliquum diei meditando consumpsit. Jamque nox appetebat, cum Pater comitis admonitu ad se rediijt, ac semel aberrare aliquando sensit. Proinde ad comitem versus, Alio die, inquit, cum Prorege agemus; hunc enim diem sibi Deus vindicavit. Postero igitur die Proregem adiit placatque.

Per urbem oberrat alienatis e raptu pro itinere sensibus.

Dicor Lusitanos à perditâ vitâ ad honestatem revocat.

Cap. XV.

Subinde comperto veterem amicum in ancillarum amores effusum insanire, cum de industria sub meridiem convenit: prandiumque superveniens, ultro se offert hospitem convivámque. Videbat ille Xaverium haud sanè tempestivum convivam fore. Sed abnuere non ausus, comiter excepit eum, simulatis obviis quiis, compositoque ad hilaritatem vultu, motus animi tegens. Apparato prandio pariter accumbunt. Formosae ancillae, eaedemque hospitis pellices, ministrant. Coeperat dominum verecundia, quod nemo praeterea domi famulus esset: et tanta ancillarum copia ipsum insignis indecorantiae suspectum facere poterat. Ergo cum Xaverius dissimulans super mensam de ea re verbum nullum fecisset, sub prandium objurgatione etiam sciere hospes velut in manifesto flagitio deprehensus. Caeterum Franciscus gratijs actis, & illi ancillisque bene precatus discedit. Plus dissimulatio ad corrigendum amicum valuit, quàm objurgatio valuisset. Hospes metu liberatus, cum tantum adeoque manifestum probrum ac dedecus tacitus tulisset, de vetere silentius. Franciscum adire, suâ sponte domum ~~redire~~ invitare & adducere communiter coepit.

Tempestivum delictorum dissimulatio plus valet quàm reprehensio.

Et ille

Et ille benignè eum accipiens, ac blandè salutans,
identidem sciscitabatur, quid tandem valerent illæ
eius sorores germanæ. Nec quicquam ultrà adjiciens,
aculeum in illius animo reliquisse contentus. Nec
frustrà id fuit. Paucis intermissis diebus, venit ho-
spes ad ædem S. Pauli, accersit Xaverium. Protinus
Xaverij silentium clamat.
ad eius pedes provolutus, En, Pater, adsum, inquit,
imperata facturus. Enimvero tuum illud silentium
tantis clamoribus meam perculit mentem, ut dies
noctésque agitata non queat ullo modo consistere.
Proinde gratissimum mihi erit ex Dei gloria, ac
meaque salute, feceris. Ergo Franciscus rursus
de peccatis rite confessus, pellices emptas ablegat,
initque rationem vitæ honestæ piæque eodem Xaverio
magistro. Nec verò is amicis modò ac familiaribus,
sed etiam alienis, quorum salus deposita ac desperata
Zelus animarum.
videretur, omni ope subveniebat. Lusitanus miles
classiarius erat penè ad extremum perditus, qui sub-
sistente spe salutis, jam duodevigesimum annum
sacra abstinebat confessione: eamque navim con-
scenderat, cum classe ad fretum Meccanum iturus;
cum Franciscus de illo fortè cognovit. Igitur viri
salutis avidus, eandem navi impigrè conscensa, soci-
Facinorosum militem omnibus obsequiis demeretur, ut ad confessionem inducat.
um se illi navigationis adjungit. Inde comiter
appellando, arridendo ludenti, omnibus obsequiis
demerendo, hominem adeò sibi devincit, ut jam ul-
tro ab eo expetatur, colatúrque. Ubi maturum visum
est exequi quod animo destinarat, adoritur incau-
tum. Et sermone de militiæ periculis illato, amicè
eum percontari cœpit, ut paratus esset ad mor-
tem, quam mortalibus quidem effugere non posset,
militi etiam accresceret! Quàm pridem delictorum
confessione animum expiasset, scelerumque vindicem
placasset Deum? Ad hæc ille ingenuè fassus, plu-
rimos jam annos in flagitiorum cœno ja-
cuit

cru' confessionis expertas. Magis id adeo aliena culpa quam sua. Quippe ante claris professionem sibi cordatum fuisse, conscientiam tot flagitijs ac sceleribus exonerare; sed peccata confesso absolutionem à Vicario negatam: nec jam spem ullam salutis ostendi. Tum Franciscus, depositorum medicus animorum unicus, mirari se dicit tantam illius Vicarij severitatem, siquidem ipse rite confessus esset. Inde bono illum animo esse jubet, facilem se anivir daturum pollicens. Ac monito, ut peccata omnia ab ultima pueritia, quoad eius consequi posset, in memoriam revocaret, facilem commodumque praescribit modum. Quod ille, ad spem salutis erectus, per multos dies fecit libenter, seduloque. Jamque satis erat paratus, cum classem ad subsistendum obuia nobis opportunitas invitavit. Multis ergo in terram egressis, Franciscus quoque cum milite descendit. Ibi remoto ab arbitris loco operam dare confitenti coepit. Et verae aspere poenitentiam ostendebant crebri gemitus ac lacrymae confessionem subinde interpellantes. Qua tandem peracta Franciscus eum absolvens Pater et Ave semel orare iussit, se de caetero pro illo satisfacturum. Protinus milite relicto, se in proximum insinuat saltum. Ibi, nudato corpore, tergum aculeato flagello acriter pulsare: nec finis erat modus verberibus fieri. Interim miles impetrata prece perfunctus, Patris vestigia sequens, devenit ad silvam: & plagarum crepitus eum ad Francisci latebram perducit. Qui ut horribile illud flagrum cruentumque ac lacerum tergum aspexit, primo stupore defixus haesit. Inde, obortis lacrymis, in medium prosiliens, ad Xaverij genua prosternit se, nec surgit prius, quam ille aliena peccata suo luere supplicio desinat. Hoc initio Xaverij inceptus fuit. Hic inusitata species militis pectus iam confessione mollitum, usque adeo flexit ad studium poenitentiae,

ut omnem

Poenitenti levē poenā imponit ipse pro eo satisfacturus.

ut omnis anteactæ vitæ maculas, ipsemet deinde voluntarijs elueret poenis, et recto factis delicta sarciret. Xaverij porro voti compos, famulatu navigij nautis, vehebatur Goam.

Socijs in suas provincias destinatis, ipse Iaponiam adire statuit.

Cap. XVI.

Sedes Societati locis pluribus parat.

Secundum hæc Goani Collegij rebus compositis, cum per id tempus novum Sociorum supplementum è Lusitania venisset, alias Societatis sedes circumspicere animo coepit. Itaque Nicolaum Lancillottum in oppidum Coulanum, Alfonsum Cyprianum Meliaporam S. Thomæ, Malacam Franciscum Perez, Alfonsum Castrum in Moluccum, Melchiorem Consaluum Bazainum, Gasparem Belgam Armuzium

Armuzia

(quod oppidum inprimis nobile ac celebre est in faucibus sinus Persici) dimisit. Atque Armuzium quidem ad opprimenda nefaria scelera, quæ ibi superstitionum omnium colluvio pepererat, Xaverius ipse ire decreverat. Sed Iaponica profectio vetus mutavit consilium, fecitque, ut Gasparem, quem diximus, eximiâ virtute ac sanctimonia virum, suique simillimum, in suum substitueret locum.

Neminem fere è Societate mittebat, ubi ipse non fuisset.

Fuit hoc omnino in Xaverio, ut neminem fere è Societate quoquam juberet ire, ubi ipse antea non fuisset. Explorabat quippe prius ipse loca, simul ut apposita locis præcepta traderet, simul ut datam Regi Lusitano fidem proferendi fines Religionis præstaret sedulo. Patres autem ad disseminandum Evangelium quoquo versum dimittens, suum cuique administrum et adjutorem è Societate addebat: ac præter illa propria communia quædam dabat præcepta, quorum caput erat:

Præcepta Socijs dabat

Ante omnia ut attenderent sibi: nullamque rem ducerent